

St. Venantius, at the age of fifteen, was seized as a Christian, and was beheaded with his converts by order of Emperor Decius in 250. Clement X, who had a particular devotion to this holy youth, ordered his feast to be kept throughout the Church.

INTROIT Psalms 63: 3

Protexísti me, Deus, a convéntu malignántium, allelúja: a multítudine operántium iniquitátem, allelúja, allelúja. (Ps. 63: 2) Exáudi, Deus, oratióne meam cum déprecor: a timóre inimíci éripe ánimam meam. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Protexísti me, Deus, a convéntu malignántium, allelúja: a multítudine operántium iniquitátem, allelúja, allelúja.

COLLECT

Deus, qui hunc diem beáfi Venántii Martyris tui triúmpho consecrásti: exáudi preces pópuli tui et præsta: ut, qui ejus mérita venerámur, fidei constántiam imitémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Wisdom 5: 1-5

Stabunt justí in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, et qui abstulérunt labóres eórum. Vidéntes turbabúntur timóre horríbili, et mirabúntur in subitatióne insperátæ salutis, dicéntes intra se, pœniténtiam agéntes, et præ angústia spíritus geméntes: Hi sunt, quos habuimus aliquándo in derisum, et in similitúdinem improperii. Nos insensáti vitam illórum æstimabámus insániam, et fine illórum sine honóre: ecce quómodo computáti sunt inter filios Dei, et inter Sanctos sors illórum est.

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. (Ps. 88: 6) Confítebúntur cæli mirabília tua, Dómine: étenim veritátem tuam in ecclésia sanctórum. Allelúja. (Ps. 20: 4) Posuísti, Dómine, super caput ejus coronam de lápide pretióso. Allelúja.

GOSPEL John 15: 1-7

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis vera: et Pater meus agrícola est. Omnem pálmitem in me non feréntem fructum, tollet eum: et omnem, qui fert fructum, purgábit eum, ut fructum plus áfferat. Jam vos mundi estis propter sermóne, quem locúsus sum vobis. Mane te in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetípso, nisi mánserit in vite: sic nec vos, nisi in me manséritis. Ego sum vitis, vos pálmities: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit, mittétur foras sicut palmes, et aréscet, et cólligent eum, et in ignem mittent, et ardet. Si manséritis in me, et verba mea in vobis mánserint: quodcúmque voluéritis, petétis, et fiet vobis.

OFFERTORY Psalms 88: 6

Confítebúntur Cæli mirabília tua, Dómine, et veritátem tuam in ecclésia sanctórum, allelúja, allelúja.

PREFACE FOR EASTER

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, te quidem Dómine omni témpore, sed in hac potíssimum die, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndó destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióne, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicentes:

SECRET

Hanc oblatiõnem, omnipotens Deus, beáti Venántii mérita tibi reddant accéptam: ut, ipsíus subsidiis adjuti, glóriæ ejus consortes efficiámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(During Eastertide)

PREFACE OF EASTER SEASON

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndó destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióne, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicentes:

(During Ascensiontide)

PREFACE OF THE ASCENSION

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: per Christum, Dóminum nostrum. Qui post resurrectionem suam ómnibus discipulis suis manifestus apparuit, et ipsis cernéntibus est elevátus in cælum, ut nos divinitátis suæ tribúeret esse participes. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióne, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicentes:

COMMUNION Psalms 63: 11

Lætábitur justus in Dómino, et sperábit in eo: et laudabúntur omnes recti corde, allelúja, allelúja.

POSTCOMMUNION

Súmpsimus, Dómine, ætérnæ vitæ sacraménta, te humiliter deprecánte: ut, beáto Venántio Mártire tuo pro nobis deprecánte, véniam nobis concíliet et grátiam. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Thou last protected me, O God, from the assembly of the malignant, alleluia: from the multitude of the workers of iniquity, alleluia. alleluia. (Ps. 63: 2) Hear, O God, my prayers, when I make supplication to Thee: deliver my soul from the fear of the enemy Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Thou last protected me, O God, from the assembly of the malignant, alleluia: from the multitude of the workers of iniquity, alleluia. alleluia.

O God, Who hast consecrated this day to the triumph of blessed Venantius, Thy martyr, harken to the prayers of Thy people, and grant that we, who venerate his merits, may imitate the constancy of his faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Then shall the just stand with great constancy against those that have afflicted them and taken away their labors. These seeing it, shall be troubled with terrible fear, and shall be amazed at the suddenness of their unexpected salvation, saying within themselves, repenting, and groaning for anguish of spirit: These are they whom we had some time in derision and for a parable of reproach. We fools esteemed their life madness and their end without honor; behold how they are numbered among the children of God, and their lot is among the Saints.

Alleluia, alleluia. (Ps. 88: 6) The Heavens shall confess Thy wonders, O Lord; and Thy truth in the Church of the saints. Alleluia. (Ps. 20: 4) O Lord, Thou halt set on his head a crown of precious stones. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: I am the true Vine; and My Father is the husbandman. Every branch in Me, that beareth not fruit, He will take away: and every one that beareth fruit, He will purge it, that it may bring forth more fruit. Now you are clean by reason of the word, which I have spoken to you. Abide in Me, and I in you. As the branch cannot bear fruit of itself, unless it abide in the vine, so neither can you, unless you abide in Me. I am the Vine: you the branches: he that abideth in Me, and I in him, the same beareth much fruit: for without Me you can do nothing. If any one abide not in Me, he shall be cast forth as a branch, and shall wither, and they shall gather him up, and case him into the fire, and be burneth. If you abide in Me, and my words abide in you, you shall ask whatever you will, and it shall be done unto you.

The Heavens shall confess Thy wonders, O Lord, and Thy truth in the church of the saints, alleluia, alleluia.

It is truly meet and just, right and for our salvation, at all times to praise Thee, O Lord, but more gloriously especially at this time above others when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

May the merits of blessed Venantius render this oblation acceptable to Thee, O almighty God, that, being assisted by his help, we may be made sharers of his glory. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(During Eastertide)

It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to praise Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

(During Ascensiontide)

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Who, after His Resurrection, appeared openly to all His disciples, and, while they looked on, was taken up into heaven, that He might grant unto us to be sharers in His own divinity. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

The just shall rejoice in the Lord, and shall hope in Him: and all the upright in heart shall be praised, alleluia, alleluia.

We have partaken, O Lord, of the sacrament of eternal life, humbly beseeching Thee, that by the prayer of blessed Venantius in our behalf it may gain for us pardon and grace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.